

**Zeitschrift:** Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse

**Herausgeber:** Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

**Band:** 12 (1918)

**Artikel:** Dörfingers Reliquienverzeichnis von Beromünster

**Autor:** [s.n.]

**Kapitel:** Text des Reliquienverzeichnisses von Beromünster

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-121496>

#### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

#### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

#### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 23.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## Text des Reliquienverzeichnisses von Beromünster.

• *Ee sunt reliquie contente in patrono nostro Sancto Michahele.* De corpore s. Jacobi fratris Domini<sup>184</sup>, reliquie sanctorum martyrum Mauricii et sociorum (Seite 107b) eius<sup>185</sup>, r. Stephani prothomartyris<sup>186</sup>, r. s. Sebastiani martyris<sup>187</sup>, r. sancti Stephani pape et martyris videlicet caro eius<sup>188</sup>, r. s. Heimerami<sup>189</sup>, r. s. Pancracii<sup>190</sup>, de carne eius, r. s. Johannis ewangeliste<sup>191</sup>, r. s. Sigismundi<sup>192</sup>, s. Desiderii<sup>193</sup>, s. Petri<sup>194</sup>, s. Pauli<sup>195</sup>, s. Luce<sup>196</sup>, s. Cyriaci<sup>197</sup>, pars coste s. Stephani martyris<sup>186</sup>, r. s. Cassiani<sup>198</sup>, item ibidem ossa quedam non signata, item tercia (Seite 108) pars tybie cuiusdam sancti non signata, item una pixis plena carnibus et ossibus et sanguine coagulato, item 17 partes reliquiarum in quodam manipulo, sed non sunt signate, duo integri articuli de manu s. Leonis<sup>199</sup> pape et de brachio eiusdem, tres partes de reliquiis s. Sebastiani martyris<sup>187</sup>, item de vestimentis cuiusdam sancti non signatis, tres globi aurei parvi de auro a tribus regibus<sup>200</sup> Christo oblato.

Hee sunt reliquie in maiori cruce contente. In dorso de ligno sancte crucis<sup>201</sup>, in qua passus est salvator mundi Christus. In superiori parte crucis continentur r. s. Jacobi apostoli<sup>184</sup> maioris, r. s. Luce ewangeliste<sup>196</sup> et de capite s. Johannis baptiste<sup>202</sup>. In brachio dextro crucis, r. s. Stephani prothomartyris<sup>186</sup>, r. s. Placidi martyris<sup>203</sup> et de petra s. Michahelis<sup>204</sup>. In brachio sinistro crucis, r. sanctorum Martini<sup>205</sup>, Arbogasti<sup>206</sup> et Theodoli<sup>207</sup> episcoporum. In pede crucis, r. s. (Seite 108b) Marie Magdalene<sup>208</sup>, r. s. Agathe<sup>209</sup>, r. s. Verene<sup>210</sup>.

In minori cruce, de ligno sancte crucis, in qua passus est Dominus<sup>201</sup>. (Am linken Seitenrand : « Cum pluribus aliis reliquiis nobis ignotis, si autem contigerit renovari crucem, denudabuntur item. »)

In minima cruce, de sepulchro Domini<sup>211</sup>, de vera cruce<sup>201</sup> Domini nostri Jhesu Christi, de loco ubi sudavit Dominus sanguinem et aquam<sup>211</sup>, de scapula s. Petri<sup>194</sup>, r. s. Marie Magdalene<sup>208</sup>, r. decem millium martyrum<sup>212</sup>, r. s. Cunradi episcopi<sup>213</sup>, r. undecim millium virginum<sup>214</sup>, de collobo s. Udalrici<sup>215</sup>, de legione s. Mauricii<sup>185</sup>, item alie quinque particule reliquiarum non signate ex nomine proprio.

In capite maiori continetur integrum caput s. Pancracii<sup>190</sup> martyris, item pars scapule (Seite 109) cum carne de sancto Pelagio<sup>216</sup> martyre.

In capite minori sunt quattuor partes recondite, in prima parte duo dentes integri (Am untern Rande links, doch von anderer Hand : « Anno 1506 Johannes abbas<sup>291</sup> monasterii Disertinensis donavit subnotatas reliquias, videlicet de capite sancti Placidi martyris et partem coste sancti Sigeberti<sup>203</sup> confessoris : videatur in recognicione desuper in fine huius libri conscripte. ») et medius molaris, in secunda parte pars cruris et ossiorum, in tercia parte pars vestimenti linei, in quarta parte notabile frustum

et excellens videlicet articulare digiti ac si sit tercia pars digiti maxima, et quia apud istas reliquias, que sint propria nomina, non invenitur, habemus tamen vulgare verbum, quod sint sancti Placidi martyris, quia patronus est ecclesie summus<sup>203</sup>. (Am rechten Rande beim Schlusse des Absatzes « *In capite minori* »: « Recondite sunt prescripte reliquie in posteriori parte colli. »<sup>202</sup>)

*In monstrancia.* De ligno s. crucis<sup>201</sup>, de praesepi Domini, de pelvi, in qua lavit discipulorum pedes, de loco Calvarie, de monte Synai, de sepulchro Domini, de terra sepulchri eius, de monte (Seite 109b), ubi Christus temptatus est, de loco invencionis s. crucis, de columpna flagellationis Domini, de loco, ubi Christus oravit in agonia, de loco, ubi Christus captus est, de domo, ubi Maria Magdalena effudit unguentum in pedes Jhesu, de multis locis, ubi Christus habitavit<sup>211</sup>, reliquie s. Johannis baptiste<sup>202</sup>, s. Johannis ewangeliste<sup>191</sup>, s. Petri apostoli<sup>194</sup>, s. Pauli apostoli<sup>195</sup>, s. Andree apostoli<sup>217</sup>, s. Bartholomei<sup>218</sup>, s. Pancracii martyris<sup>190</sup>, s. Stephani prothomartyris<sup>186</sup>, s. Leodegarii martyris<sup>219</sup> (am untern Rande rechts von Dürler geschrieben zu « s. Leodegarii martyris »: « s. Laurentii<sup>258</sup>, s. Alexandri<sup>268</sup>, s. Mauritii<sup>185</sup>, s. Hypoliti<sup>243</sup>, s. Tiburtii<sup>266</sup>, s. Nazarii<sup>267</sup>, s. Sebastiani<sup>187</sup> ut supra »)<sup>293</sup> s. Sebastiani martyris<sup>187</sup>, s. Innocencii<sup>220</sup>, sancti Felicis et Regule<sup>221</sup>, s. Sigismundi<sup>192</sup>, s. Meinradi confessoris<sup>222</sup>, s. Celsi<sup>223</sup>, s. Faustini, s. Juvite<sup>224</sup>, sanctorum XL martyrum<sup>225</sup>, s. Martini episcopi<sup>265</sup>, s. Nicolai episcopi<sup>226</sup>, s. Augustini episcopi<sup>227</sup>, (Seite 110) s. Ambrosii episcopi<sup>228</sup>, s. Alexii confessoris<sup>229</sup>, s. Galli confessoris<sup>230</sup>, s. Cunradi episcopi<sup>213</sup>; s. Zenonis<sup>231</sup>, s. Epiphanii<sup>232</sup>, s. Marthe hospite<sup>233</sup>, sanctorum undecim millium virginum<sup>214</sup>, s. Dorothee virginis<sup>234</sup>, s. Afre martyris<sup>235</sup>, s. Theodori martyris<sup>236</sup>, de cappa, de calceariis et cocleario sancti Remagili episcopi<sup>237</sup> et aliorum reliquie, de sepulchro Marie virginis<sup>238</sup>, de sepulchro Marie Magdalene<sup>208</sup>, de velamine s. Agathe<sup>209</sup>, de sanguine sanctorum Innocentum<sup>229</sup> in fasculo argenteo, de corrigia, cum qua ligatus est Dominus<sup>211</sup>. (Am untern Rande von Dürler geschrieben: « Suprascriptae reliquiae sunt tam in maiori quam minori monstrantia ».<sup>294</sup>) Sciendum, quod clavis ad cistam pertinens recondita est cum reliquiis huius monstrancie in viridi saculo, quando conscripte sunt reliquie (Seite 110b) ad summum altare pertinentes anno videlicet Domini 1474 15. kalendas maii<sup>240</sup>; eodem eciam anno in festo Invencionis crucis delate sunt reliquie sanctorum Thebeorum, sancti Ursi sociorum in castro Salodoro inventorum in dextro latere recondite huius ecclesie<sup>241</sup>.

*In cista.* Reliquie s. Bartholomei apostoli<sup>218</sup>, s. Stephani<sup>186</sup>, s. Georgii<sup>242</sup>, s. Ypoliti<sup>243</sup> et aliorum sanctorum plurimorum scilicet s. Crisogoni<sup>244</sup> et s. Theodoli episcopi<sup>207</sup>, magnum frustum de petra s. Michahelis<sup>204</sup>, quinque particule reliquiarum non signate, de pallio, in quo corpus s. Philippi<sup>245</sup> involutum fuit, r. s. Philipperti confessoris<sup>246</sup>, s. Audoeni episcopi<sup>247</sup> et aliorum, septem particule reliquiarum non signate in quadam bursa contente, r. sanctorum martyrum Crisanti (Seite 111), Darie<sup>248</sup>, Elyodori presbyteri<sup>249</sup>, Martiniani diaconi<sup>250</sup> et aliorum sanctorum martyrum, r. s. Florentini martyris<sup>251</sup>, s. Albini confessoris<sup>252</sup>, ein « knuw schiben » de quodam sancto, reliquie in quodam vitro parvulo, s. Appiani

episcopi, qui et Alippius dicitur<sup>253</sup> et collega s. Augustini, de terra, super quam cecidit corpus Christi in parasephe, tybia de Innocentibus<sup>239</sup> cum carnibus suis et aliis, de cingulo s. Petri<sup>194</sup>, r. s. Florini<sup>254</sup> notabile frustum, de dalmatica sancti Udalrici, de corporali, super quod missam cantavit, quando dextera Domini benedixit<sup>215</sup>, de corpore s. Galli<sup>230</sup>, vestes diversorum sanctorum, quamplures reliquie sanctorum non signate, circa viginti frusta reliquiarum non signata, que venerunt de Sancto Gallo, reliquie cuiusdam archidiaconi Ligonensis ecclesie<sup>255</sup>, cuius nomen decisum est (Seite 111b) in cedula, r. cuiusdam martyris et subdiaconi, cuius nomen decisum est in cedula.

1216. *Ruodolfus*, comes de *Habespurg*, quondam (Zum Worte « quondam » am linken Seitenrande : « 1252 ») hanc ecclesiam et totam villam concremavit et reliquias sanctorum in hoc altari honeste repositas incineravit, quos cineres in hoc altari renovato partim in lintheo partim sine lintheo repositos sub pavimento huius altaris in quadam concavitate recondidimus. Si ergo contingat aliquando frangi altare caute agatur circa cineres, quoniam reliquie sunt<sup>256</sup>.

*In manu.* Brachium s. Cornelii pape et martyris<sup>257</sup>. Hic requiescit s. Cornelius in corpore. Verum fuit ante concremacionem<sup>256</sup>. R. s. Pancracii martyris<sup>190</sup>, ein halbe Rören sancti Mauricii, item r. s. Mauricii<sup>185</sup> et aliorum plurimorum martyrum, s. Laurencii martyris<sup>258</sup>, s. Georii (Seite 112) martyris<sup>242</sup>, s. Jacobi Alphei<sup>259</sup>, s. Agiloffi martyris<sup>260</sup>, sanctorum undecim millium virginum<sup>214</sup>, s. Margarethe dupliciter<sup>261</sup>, s. Fortunatus<sup>262</sup>, s. Marie Magdalene<sup>208</sup>, s. Cunradi episcopi<sup>213</sup>, item quedam multitudo ossium quorundam sanctorum de capitibus, costis, cruribus et brachiis non signatorum, item septem partes reliquiarum non signate, item quedam multitudo ossium in quadam bursa contentorum de capitibus, cruribus, tybiis et aliis partibus corporis, plures vestes aliquorum sanctorum non signatorum, item de capillis s. Agathe<sup>209</sup>, item septem partes aliquorum sanctorum non signatorum, videlicet de capitibus et cruribus et ceteris partibus corporis, item cineres reliquiarum quondam in altari s. Michahelis archangeli per Rüdolfum comitem de Habespurg combustarum<sup>256</sup>.

*Reliquie in sarcofago dextri lateris recondite.* Reliquie sanctorum undecim millium virginum<sup>214</sup> (Seite 112b), videlicet quinque capita exusta cum ecclesia Beronensi anno Domini 1352, VIII. Idus (8. März) Marcii<sup>263</sup>, reliquie sociorum s. Ursi numero triginta sex inventorum in castro Sologoro, anno Domini 1472, scilicet delate sunt hee reliquie in translacione valde honorifice peracta anno Domini 1474<sup>264</sup>.

*R. in sarcofago sinistri lateris recondite.* S. Petri apostoli<sup>194</sup>, s. Johannis ewangeliste<sup>191</sup>, s. Johannis baptiste<sup>202</sup>, spina dorsi s. Marci ewangeliste, item alie r. s. Marci ewangeliste, item lapis de kathedra sancti Marci ewangeliste<sup>265</sup>, r. s. Mauricii martyris<sup>185</sup>, s. Ypoliti martyris<sup>243</sup>, s. Tyburci martyris<sup>266</sup>, s. Nazarii martyris<sup>267</sup>, s. Laurencii martyris<sup>258</sup>, s. Faustini et Juvite martyrum<sup>224</sup>, s. Alexandri<sup>268</sup> (Seite 113), quadraginta martyrum, qui celebrantur V<sup>to</sup> Idus Marcii<sup>225</sup> (11. März), s. Zenonii<sup>231</sup>, s. Vincencii corpore<sup>269</sup> (am obern Rande, von gleichzeitiger Hand : « Notandum, quod anno 1529 allate sunt reliquie per adolescentem Casparem Schufelbuel<sup>295</sup>

huius ecclesie canonicum, e Basilea, ubi illic omnia tempa per Zwinglianam sectam a seductis civibus sunt devastata atque funditus diruta, tumque idem adolescens reliquias pro affectu collegit hucque advexit. Sunt autem hee in serica bursa collecte, item s. Jacobi apostoli<sup>184</sup>, Luce evangeliste<sup>196</sup>, item duo frusta de Vincentio martyre<sup>268</sup>, item s. Colomani martyris<sup>296</sup>, item Cornelii martyris<sup>257</sup>, item s. Demetrii martyris<sup>297</sup>, item s. Martini confessoris<sup>205</sup>, item frustum de capite s. Theodori martyris<sup>236</sup>, e cuius templo Basilee allatum est, cetera vero reliquiarum frusta in summo altari ecclesie cathedralis Basileensis recondita fuerunt, item particula quedam non signata.»), r. s. Sigismundi<sup>192</sup>, s. Vilastrici<sup>270</sup>, s. Victoris<sup>271</sup>, s. Felicis et Regule<sup>221</sup>, s. Tullio<sup>272</sup>, s. Ungendo<sup>273</sup>, s. Pauli<sup>195</sup>, s. Domnicii martyris<sup>274</sup>, de sanguine et vestimentis sancti Stephani prothomartyris<sup>186</sup>, dens sancti Innocencii martyris<sup>220</sup>, Athanasii episcopi<sup>275</sup>, s. Pirminii episcopi et martyris<sup>276</sup>, s. Januarii episcopi et martyris<sup>277</sup>, s. Fortunate virginis et martyris et fratrum eius martyrum<sup>262</sup>, s. Patricii episcopi<sup>278</sup> et Marcelli martyris<sup>279</sup>, cuius festum colitur in festo Johannis et Pauli, videlicet spina dorsi et costa, s. Nicolai<sup>226</sup>, s. Ambrosii episcopi<sup>228</sup> et aliorum plurimorum, de sepulchro Domini, de ligno Domini<sup>211</sup>, item viginti quattuor particule de reliquiis sanctorum in quadam pixide contentorum non signatorum (S. 113<sup>b</sup>), de mensali, super quo cenavit Dominus cum discipulis suis<sup>211</sup>, reliquie sancti Othmari abbatis<sup>280</sup> ac sancti Galli confessoris sumpte anno Domini 1353 VI<sup>to</sup> kalendas Octobris de sarcofagis predictorum confessorum per abbatem Sancti Galli ad petitionem incliti regis Karoli Romanorum IV.<sup>230</sup>, et hee particule tradite sunt predicta die in presencia predicti regis et Heinrici dapiferi de Diesenhofen<sup>281</sup> decretorum doctoris. Reliquie s. Laurencii sumpte in castro Kyburg per dominum Ruodolfum de Trostberg<sup>282</sup> ibidem advocatum, videlicet de costa s. Laurencii matryris<sup>258</sup>, item plures cineres reliquiarum plurimorum sanctorum non signatorum, reliquie s. Pelagii martyris, scilicet caro cum cute sumpte de sarcofago eiusdem martyris in presencia Karoli IV. Romanorum regis anno Domini 1353, XV. kalendas Octobris indicione sexta.<sup>216</sup> (Seite 114) Reliquie s. Gebhardi<sup>283</sup>, quas abbas Johannes de Petridomo<sup>284</sup> accepit de sarcofago predicti sancti Gebhardi episcopi ad petitionem illustris principis domini Ruodolfi<sup>285</sup> ducis Austrie, Karinthie et Stirie. Item anno Domini 1353, pridie kalendas Octobris et hanc particulam tradidit predictus abbas ecclesie Beronensi Constanciensis dyocesis ad petitionem Heinrici dapiferi de Diesenhofen<sup>281</sup>, eiusdem ecclesie Beronensis custodis atque canonici et reformatoris, maioris capitis scilicet sancti Pancracii<sup>190</sup> una cum additione auxillii domini Jacobi de Rinach, huius ecclesie Beronensis prepositi<sup>286</sup>. (Am untern Rande rechts : « Notandum quod in cruce argentea minori recondite sunt reliquie de s. cruce, item in superiori parte crucis s. Desiderii episcopi<sup>193</sup> et in sinistra parte s. Georgei martyris<sup>242</sup> et in inferiori parte de s. Benedicto confessore<sup>300</sup>. Notande in brachio minori reliquie notabiles ex societate sanctorum Thebeorum martyrum<sup>298</sup>.)

*Hee sunt reliquie in argenteo Cristofero recondite* : Item reliquie s. Cristoferi martyris<sup>287</sup>, item r. s. (Seite 114b) Fulgentii pape et martyris<sup>288</sup>, item r. X millium Militum et martyrum<sup>212</sup>, item r. s. Nicolai episcopi<sup>226</sup>,

item de sanguine sanctorum Innocentum martyrum <sup>239</sup>, item de sanguine sanctorum Abdon et Sennen martyrum <sup>289</sup>, item r. s. Galli confessoris <sup>230</sup> per dominum abbatem *Udalricum Roesch* monasterii s. Galli predicti huic ecclesie propinata seu destinate <sup>290</sup>: videatur in quadam recognicione cuius tenor talis est :

Udalricus Dei et apostolice sedis gracia abbas monasterii sancti Galli in Sancto Gallo ordinis sancti Benedicti Constanciensis dyocesis provincie Maguntine. Quia promptis semper affectibus omnipotenti Deo grata devocationis obsequia impendere nostra pro facultate procuravimus. Quod potissimum eo ipso efficimus, si sanctorum suorum, in quibus ipse Deus summus colitur et adoratur veneracionem jugem, qua etiam faciliorem nostris super reatibus veniam indubie ipsis intercedentibus impetramus, quo libencius in locis studio et cura nostra sollerti divine dumtaxat remunerationis intuitu providemus. Idcirco motu proprio vos reverendos prepositum ac collegas in Münster, dominos et amicos nostros, ex minutis sanctissimi confessoris Christi divi Galli nostri cenobii patroni reliquiis ob multa in nos nostrumque monasterium bene merita immortalia, sicut et affectuose devocationis integritatem dotare decrevimus, quas tamen gratas acceptasque et omni honore, quo digne sunt, ut speramus habeatis. Ad cuius rei evidens testimonium nostras literas fieri et secreti fecimus sigilli nostri appensione muniri. Datum in monasterio nostro prefato anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, die vero Translacionis sepelicti sancti Galli, que fuit tercio nonas Marcii (5. März 1486).

Am Ende ist noch auf der Innenseite des Holzdeckels ein Blatt Papier aufgeklebt mit folgender Urkunde vom 12. Juli 1506 :

« Wir Johannes, abte von gottes verhangnuß des wirdigen gotshuß zú Tysentis <sup>291</sup> und der convent daselbs bekennend vor mencklichem, daz wir von pitt wegen unsers lieben heren und gantzen capitels zú Muenstere im Ergow mit rat, willenc, wissen und gunst sovil dazúmal zú Tysentis sind gesin des gemelten convents, auch in bywesen unsers lieben nachpuren und heren, heren Hans Meyer kilhere zú Silino, here Ulrich Rieff, kilhere zú Tysentis, here Maerti, kilhere zú Tifetsch, (und) ander vil priester und unsers alten lantrichters amann Jann Ruedi und ander all dazú berüft, hond ufgeben demí wurdigen wolgelereten here Heinrich Brunwarten, camrere zú Hochdorf, des decanatz als einere ersamen botschaft, das hochwirdige heiltüm sanctorum Placidi und Sigisberti, das zú antwürten unsrem lieben herene und andechtigen vater, auch der heiligen stift und gantzen capitel ze Muenstere, dardurch Gott und Maria und die lieben heiligen in einer söllichen loblichen versamlung in ewikeit gelopt werden. Actum in crastino post festum sanctorum Placidi et Sigisberti anno 1506, 12. Juli. »

(Hier nach dem Original im Stiftsarchiv Münster, F. 15, korrigiert.)

Schließlich sei der Dank nicht vergessen, den ich schulde: Herrn Universitätsprofessor Dr. A. Büchi für seine Ratschläge über Quellenedition und den tit. Vorständen der Bürger- und Kantonsbibliothek von Luzern und der Stiftsbibliothek von Beromünster.